

uatis Provincialibus in ordine Minorum,
quia sic declarauit Reuerendissimus pater fra-
ter Franciscus de Angelis Minister Genera-
lis in Capitulo provinciali provincie Castel-
lae Toleti celebrato, anno Domini. 1524. Et
confirmat eiusdem Leonis declaratione. Sed
art. 12. dicit, q[uod] virtute primæ concessionis
Leonis. 10. quatuor absolutiones plenarias
concedentis, credit, confessores predicatorum pos-
se absoluere religiosos à casibus Papæ reser-
uatis, & per consequens ab ex communica-
tionibus, ipsi reservatis: cum in ea concedat,
q[uod] ea plenitudine eos possint absoluere, &
illi statui innocentiae restituere, qua sancti-
tas sua faceret, si ipsamet in Confessione eo-
rum auscultaret peccata. Quæ verba maxi-
mam habent emphasis, & efficaciam tantam,
ut credat predicatorus auditor, ut dictarum ab
solutionum virtute religiosos contritos, &
debitè eonfessos non solum liberari ab omni
culpa: sed etiam ab oneri poena peccatis de-
bita. Hoc enim significat status innocentie,
cui per absolutionem ipsi restituuntur. Si
autem inquiras, utrum virtute predicatorum
concessionum possint confessores dispensa-
re cum religiosis in irregularitatibus? Res-
pon